

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Falsum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

Circam vero est ferta florentia e floribus herba,
Optata imposuit capiti Pallas Minerva,
Circumque ei coronam auream caput posuit,
Quam ipse fecerat inclitus Vulcanus,
Elaborans manibus, gntificans Jovi Patri.
In hac artificio a multa celata erant, mira visu,
Animantia quæcumque continens alit atque mare;
Ex illis hic multa indidit, gntia vero resplendebat magna,
Mirabilis, animantibus similia vocalibus.

DE SPECULO.

EXPLORATIO. CAP. XLVII.

Sunt autem qui speculum explorationis signum esse velint: propterea quod & navi, & ruga, & u-
niuersusque color, & alia, quæ forent incognita, indice speculo deprehenduntur.

*Unde spe-
culari pro
explorare.*

FALSUM. CAP. XLVIII.

Sedenim, sapientius illi rem expendisse mihi videntur, qui falsum ex speculo significari tradide-
runt, in quo scilicet quamvis similitudo quadam appareat, eo tamen falsa est, quod in speculo,
qua leva sunt, dextera: qua dextera, leva referantur, atque ita veritati fucus fiat.

HYMNU S. CAP. XLIX.

Alioqui speculum Pindaro est hymnus, in quo scilicet res præclare gestas, virtutesque cuiuspi-
am celebres possimus intueri.

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM

LIBER XLII.

DE IIS QUÆ PER ARMA
SIGNIFICANTUR.

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD ILLUSTRISS. PRINCIPEM D. NICOLAUM RODIVILLUM OLICÆ ET
NESSESII DUCEM, PALATINUM VILENENSEM, AC MAGNI DUCATUS LITUANIAE
SUMMUM MARESCALCUM ET ARCHICANCELLARIUM, BRESFENSEM,
SAULENSEM, BORISOVIENSEMQUE
CAPITANEUM.

Cum iam varios commentarios diversis mississem amicis, dedissetque operam ut argumenti ratio
uniquerum non inconveniens esset, diligenter discipendiū mibi putavi, cuinam haec nostrum de
Armis elucubratio inculam inscriberem. Verum cum arma acrimittenda viro non ignorarem: tu
cerce Nicolæ Rodiville magnanime Princeps, animo statim obversabare meo, teque unum è multis
delegi, in cuius patrocinio ac tutela, noster qualis is cumque esset in hac re infumptus labor, conquiescere
debet. Nam cum multa se se offerrent cause, que quemvis ad te vel amandum, vel sufficiendum alicere
possint, ut animi tui celsitudo cum summa conjuncta clementia & moderatione, ingenium facile &

UUU 2

apertum